cum Ioannes. ad fi.de fide inſtrum. vbi tradit,
quando exceptio peremptoria poſſit poſt
ſententiam opponi, & quando non, & n.2.
Petrus Paul. Pariſ. in c. exceptionem, de ex-
ceptio.num.33. Fran.Neco. in repet.c.quoniam
contra.3.nota.num.102. de prob. & in gl. verbo
dilationem.num. 183. Maria. Socin. conſ.45.
num.8. & 17. lib.1. Hiero. Zanchi. in tract.
differentiarum iuris canon.& ciuil.differen.185.
n.262. Odofred.in tract. iudi. num. 52. Spe-
cula. tit. de excep. §. dicto num.13. Balb. deciſ.
13.Iſſ. in l.quamuis.C.de iur.& fact.igno. n.15.
& 27.Boër. deciſ.19.num.9.& deciſ.43.num.9.
& deciſ. 53. num. 3. quia iſtæ exceptiones,
quæ non impugnant, ſed modificant ſen-
66 tentiam, & executionem, dicuntur quid
ſeparatum à petitione principali, Alexand.
optimè in conſ.89. diligenter conſideratis, in fi.
num.7.verſ. quæ autem dicatur lib.1. & pleniùs
conſ.85.viſo themate per totum.lib. 5. Cardinal.
Tuſc. practi. conclu. tom.3. litera E. concl.381.
num.91.Signorolus conſ.146.n.2.

67 Quales iſtæ ſint exceptiones, quæ ita le-
gitimæ reputantur, enumerant Padilla in
l.1.C.de iur.& fact.igno.à num. 36. Ioan. Gra-
tian. in regul.348. & Ioannes Garci. de ex-
penſ.& melior.cap.6. à num.14. Marant. de ord.
iudicio.6.p. prin. memb.9. iudicij. fol.418.n.17.
tit.de exceptionibus. & videndus etiam 6. p.
actu vlt. tit. de executione ſententiæ à prin. qui-
bus adde, quòd exceptio collationis bono-
68 rum, quæ quis tenetur conferre, in execu-
tione ſententiæ poteſt opponi, ex quo non
impugnat, ſed modificat ſententiam, vt per
Rolandum à Valle conſ.28. num.6. lib. 3. te-
net Tuſc. Cardina. vbi proximè num.86. pro
quo facit l. cum fideicommiſſum.ff.de confeſſis.

69 Inde non inutiliter quæri poteſt; an hu-
iuſmodi exceptiones peremptorias modifi-
catiuas, ſemel oppoſitas, & deductas in iu-
dicium principale, & ante ſententiam, &
per iudicem reprobatas, ita vt illis reiectis,
& non obſtantibus lata fuit ſententia: an
iterum opponere pars poſſit in executione,
reſpondetur negatiuè. tenet gl. fi. in l. Ne-
ſennius. ff. de re iudi. Bart. in l. ex diuerſo. §. fi.
& ibi Alexan.colu.2. ff. ſolut. matri. Ludouic.
Roman. conſ.412. Panormi. in c. fi. num.24.
cum ſeqq.de iur.calu.Bernar.Diaz in regul.250.
limi.2. Iſſ.in l.ait prætor la 2.ff.de iureiur.Boër.
deciſ.16.num.2.& 3.Ioan.Gratia.in regul.348.
70 num.12. & quòd hæc quæſtio ſine difficul-
tate ſit, licèt quando per iudicem,& partem
de huiuſmodi exceptionibus actum, & de-
terminatum fuit in negotio principali, vt
nec executioni obiici queant, per Iſſ. dixit
Ioan.Gar.d.cap.6.num.17. in prin.tenet etiam
Amador Rodrig. de executione cap.2. num.41.
ad fi. & num.42. in fi. dicens, quòd ſi exce-
ptio directò impugnat ſententiam, vel de
ea fuerit cognitum, & pronuntiatum, non
poſſit obiici executioni, pro quo eſt text.
in l. ſin autem. §. fi. de negotijs geſt. vbi exce-
ptio appoſita cognita,& determinata in pro-
ceſſu, non poteſt opponi in executione ſen-
tentiæ, vbi notat Bal. & Alberi. & exornat
latè Auendan. in commentarijs ad l.4. tit.8.
num.49.lib.3.ordin. l. duobus diuerſis. ff. de ex-
ceptione rei iud. quem text. ſic interpretantur
Paul. Caſtrenſ. ibi, & Ripa in l. qui Romæ. §.
duo fratres. ff. de verborum. & quòd hæ exce-
ptiones modificatiuæ, ante ſententiam ſe-
mel oppoſitæ, & per iudicem reprobatæ,
non poſſint poſt ſententiam in executione
iterum opponi; affirmat poſt Iſſ. in l.1. C. de
iur. & fac. ignor. num.19. Alexan. in l.rei iud.
§. fi. n.4. ff. ſolu. matri. & Caſtrenſ. conſ.100.
num.4. & 5. lib.1. Cardin. Tuſ. practi. conclu.
tom.3.litera E. concl.381.num.85. latè Barbo-
ſa in l. maritum 13. cum l. ſeq. à num.48. cum
ſeqq.ff. ſoluto matri. tomo 2. Cancer. var. reſo-
lutio.2.p. cap.16. ſub num.81. quod tamen ve-
rum eſſe, docet Boërius in d.deciſ.16.num.2.
& 3. quando exceptio fuit oppoſita in pro-
ceſſu ad vnum finem, & ad vnum effectum,
& ad illum iterum poſt ſententiam in exe-
cutione opponi vult; vt ſecus ſit ſi primò ad 71
vnum finem, poſtmodum verò ad alium
effectum diuerſum opponatur, quia tunc
etiam poſt ſententiam eſt admittenda, Boë-
rium referens ſequitur Ioan.Gratia. in regul.
348. num.12. poſt medium, pro quo eſt text.
in d.l. duobus 19. & ibi Paul. Caſtrenſ. opti-
mè declarat.

Sed maior extat difficultas;an ſi ante ſen- 72
tentiam de huiuſmodi exceptionibus per-
emptoriis modificatiuis in iudicium dedu-
ctis actum fuerit, & nondum de illis ſit per
iudicem pronuntiatum, an in executionem
iterum opponantur, prout in ſumptibus fa-
ctis in re, ad cuius reſtitutionem quis eſt
condemnatus, iuxta l.domum C. de rei vindic.
hæc ſiquidem de ſumptibus exceptio per- 73
emptoria eſt modificatiua, non impugnans
nec infringens directò ſententiam,ſed ipſius
executionem reſpicit. nam condemnatus,
qui rem retinet pro ſumptibus, non dicit,
non mandandam executioni ſentētiam, nec
negat conſequendum,quod re iudicata con-
tinetur, ſed illud agit, ſcilicet; rem illam
penes ſeſe habere, donec meliorationibus
ſatisfiat,loco pignoris puta; quo potiùs ſup-
ponit,& fatetur victorem Dominum,& cō-
uenit diſpoſitioni rei iudicatæ, ac ideo in
executione executor eam præciſè teneatur
admittere, vt legitimam, tenent Iſſ. in l.1.
num.16.C. de iur.& fac. ignor. Bart.in l. in fun-
do num.16. ff. de rei vin.& in l. Paul. ff. de doli
exceptione.

exceptione. ita poſt eum declarat Boërius de-
ciſ.43. num.9. Meneſes de Padilla in d. l.1.
num.36.& ſeqq. C.de iur.& fa. Alexan. in d. l.
in fundo. Paul. conſ.17.& conſ.326. quem alle-
gat Anto. de Fano de pigno. 5.p. memb.4.cum
74 ſtatim citandis, nec ex hoc locum habet
diſpoſitio l. peremptorias C.ſententiam reſcin.
non poſſe. quæ non in iis peremptoriis modi-
ficatiuis loquitur.

75 Et iſthæc exceptio retētionis adeo fauo-
rabilis eſt,vt etiam poſt ſententiam compe-
tat, vt dicit Caſtro conſ.166.viſis actis colu.3.
latè Capicius deciſ.119.colu.1. Cardi.Tuſcus
practicar.conclu.tom.3.litera E. concl.381. n.37.
etiam ſi in iudicio principali fuerit oppoſi-
76 ta, non tamen ſuper ea pronuntiatum, latè
plurimos allegans Doctores & Rotæ deciſ.
ſequitur Mareſc. variar. reſolutio. lib.2. c.112.
à num.18. cum ſeqq. vbi etiam idem affirmat
latè comprobans in quibuſuis iudiciis pri-
uilegiatis, prout in reſtitutoriis, & attenta-
77 tis, & ſimilibus, & à non admiſſione eſſe li-
citam appellationem, vide quæ nos infrà
cap.13. verſ. ſed ille caſus. à num.57. & ſe-
quentibus.

78 Quando igitur de huiuſmodi impenſa-
rum exceptione modificatiua in iudicium
principale deducta non fuerit à iudice de-
claratum,determinatum, aut pronūtiatum,
latè hunc articulum rectéque examinat no-
ſtras Ioan.Garcia in tract.de expen.& meliora.
cap.6. num.17. duos caſus diſtinctos ſuppo-
nens; dicens, quòd aut de iis ſumptibus
actum fuit in iudicio per viam actionis, iux-
ta text. in l. domum. C.de rei vin.l.qui exceptio-
nem §.1. ff. de condictione indeb. l. domus §.1.
ff. locati. aut excipiendo l. Paul. ff. de exceptio.
l. ſi in area ff. de condictione indeb. ſi per viam
actionis,de illis debet iudex expreſsè deter-
79 minare, & pronuntiare, aliàs omiſſio eſt,
Immol. Anton. de Bu. Felin.in c.exceptio. de
quo gl. in l.1. C. ſi aduerſus rem iud. & ibi Al-
beri. contra Ab. in c. ſignificauerunt. qui ſen-
tiebat ex illa omiſſione induci abſolutio-
nem, de quo vide per Couar. practic.quæſtio.
cap.25. num.6. verſ. nam vbi petita ſunt. vide
quæ nos latiùs de hoc infrà c. ſequenti, de
perſo. ad perſon. à num.42. cum multis ſe-
quentibus.

80 Hinc idem Ioan. Garcia inferens ex do-
ctrina Cornei conſ.49. lib.2. litera E. & Ay-
mon. conſ.320. quòd in hoc caſu licèt petan-
tur meliorationes, ſeu impenſæ in prima in-
ſtantia, ſi tamen de illis nihil ſit iudicatum,
ſed omiſſæ, ſi in ſecunda declaratum ſit,
deberi, aut non deberi, erit prima ſententia
earum reſpectu,& ſic cùm debeant eſſe tres
cōformes,aut in tribunalibus Regiis duæ,&
ſic vel appellabitur, vel ſupplicabitur, & in
executione huiuſmodi exceptio admitten-
da eſt; cùm nondum iudicatum ſit.ſi autem
per viam exceptionis hæc modificatiua ex-
ceptio ſit oppoſita in iudicium; adhuc poſſe 81
(inquit) in executione ſententiæ opponi, &
iterum deduci ex eo fundamento,quòd qui
in exceptione ſuccumbit, non prohibetur
illud idem in alio iudicio per viam exce-
ptionis, aut actionis proponere, quando ſu-
per illa exceptione non fuit iudicatum. & 82
talis erat exceptio, quæ non erat ex diame-
tro contraria,nec incompatibilis cum actio-
ne, ſed ſimul poteſt ſtare, prout iſta eſt Bar.
in l.fundum. ff.de excep. n.1.& in l. qui Romæ §.
duo fratres ff. de verb.oblig.l.ſi autem. §. fi. ff. de
nego.geſt. vbi Paul. de Caſtro, & in l. quod in
diem. §. ſi rationem. num.3. ff. de compenſatio.
reſpondétque ad l.1. C. de ordin. cognitio. ſe-
cundùm Paul. de Caſtr. & Bart. vbi ſuprà. &
Felin. & c. ſuborta num.3. & 4. de ſententia &
re iud. & eundem Felin. in c. aduerſario, de
exceptioni. vt ſit dicendum, ex condemna- 83
tione in principali deduci abſolutionem
in incidenti, quando incidens, & principa-
lis cauſa non ſe cōpatiuntur. ita quòd vnum
neceſſariò tollendum ſit per alterum. Ioan.
Garcia. ſequitur Amador. Rodri. in tract. de
executione cap.2. ſub num.41. pro quibus facit
text. in l. duobus diuer. ff. de exceptione rei iud.
quem ſic ibi interpretantur Paul. Caſtrenſ.
& Ripa in l.qui Romæ. §.duo fratres. ff. de verb.
obligationibus. quem articulum latè etiam
examinat Barboſa in l. maritum 13. cum l.ſeq.
à num.53.& ſequentibus ff. ſoluto matri.tomo 2.
fol.127. vbi multa confert.

Pro quibus expendo ego textum expreſ- 84
ſum in l.quod in diem §. ſi rationem. ff.de com-
penſationibus, cuius verba ſunt: Si rationem
compenſationis iudex non habuerit, ſalua
manet petitio, nec enim rei iudicatæ exce-
ptio obiici poteſt; aliud dicam, ſi reprobarit
compenſationem, quaſi non exiſtente de-
bito, tunc enim rei iudicatæ mihi nocebit
exceptio.) Vides quàm clarè loquutus fuit
conſultus, quod not. etiam Bart. ibi in ſum-
mario. quoniam cùm ſit exceptio modifica-
tiua, ſi de illa iudicatum non fuit, reſeruata
cenſetur ad executionem ſententiæ cōdem- 85
nato, à qua nunquam intelligitur reproba-
ta, quando eſt compatibilis, cum ſententia,
& ipſa ſententia ſubſiſtere poteſt abſque re-
probatione exceptionis, vt vltra citatos fa-
cit text. arg. in l. ſancimus C. de teſtam. c. cum
renunciatur 32. quæſt.1. Bart. in d.l. quod in
diem. §.1.num.2. Ab. in c.ſuborta. & vtrobique
Doctores. Accur. in l. penul. ff. de ijs qui ſunt
ſui vel alie.iur. latè Roman. conſ.412. Angel.
conſ.200. & conſ.217. per totum. Alberic. in l.
ſin autem §. ſi quocunque ff. de nego. geſt. &

in d. §. ſi rationem. ad fi. ſignanter Innocent.
in c. vlt. n.2. verſ. ſed contra ponamus. vt ſecus
86 ſit, quando (vt dixi) exceptio incompatibilis
ſit cum ipſa ſententia, quia tunc cenſetur re-
iecta, & non admittenda in eius executione,
Rota Genuenſ. deciſ. 103. n.2. Cacheria. deciſ.
Pedemon. 64. n.3. Ruin. conſ. 71. ex n.4. lib.5.
Magon. deciſ. 3. Florent. n.26. Paz in tract. de
tenuta c. 32. à n. 45. & faciunt notata à Ioan.
Garc. in tract. de nobil. gl. 1. in exordio, ex n.19.
Parlador. lib.2. rerum quoti. c. vlt. §. 11. amplia.
4. num. 18. aliter atque contrarium dicen-
dum ſit, quando exceptio non compatiatur
cum ſententia, & ſic quando ſententia lata
ſuper principali non poteſt ſubſiſtere, niſi
intelligatur, eſſe pronuntiatum etiam ſuper
87 incidenti, tunc ſententia videtur elidere,
& reprobare illud incidens ex d. l. 1. C. de
ord. cognit. & notant communiter Doctores
in d. cap. ſuborta. de ſententia & re iudic. & eſt
mirabilis doctrina Antonij de Butrio ibi n.
12. Abb. num. 12. Alexander. de Neuo ex
num. 16. Paz de tenuta d. cap. 32. num. 49. &
faciunt, quæ annotauit Montal. in l.4. tit.2.
lib.4. for. & in l.2. tit.3. lib.4. verb. tornadizo.
Gregor. Lopez in l.3. tit.13. p.6. verbo, muge-
res. Ortalora de nobili. 2.p.3.p. ex num. 16. & 4.
p. princ. c.9. Cantera quæſt. crimi. c.11. num.11.
Pelaes de Mieres de maiora. 1.p. quæſt. 51. n.30.
Gutierr. lib.3. practicar. quæſt. q.14. n.99. vide
etiam Barboſam vbi ſuprà, in d. l. maritum.
à num. 53.

Ex quo fonte illud fluit, quòd licèt pa-
88 ter, vel alius obligatus alicui ad alimenta,
non teneatur, niſi in quantum facere po-
teſt, & poſſit hanc legitimam exceptionem
opponere poſt ſententiam, quia non impu-
gnat, ſed modificat, vt iura & doctrinæ vul-
89 gares probant, ſi tamen perueniat excipiens
ad pinguiorem fortunam, variantur, & au-
gentur alimenta, exceptióque variatur ſe-
cundùm augmentum, & diminutionem bo-
norum, ita per text. in l. ius alimentorum §. fi.
ff. vbi pupill. educar. deb. tenet eleganter Card.
Tuſc. practi. conclu. tom. 3. litera E. concl. 382.
num.9. & idem etiam poſt alios tenet Marta
90 de iuriſd. 2.p. cap. 43. num.77. ac ideo iſthæc
exceptio ſub regula legitimarum exceptio-
num comprehendenda eſt (& intellige, ſi
incontinenti hæc probetur exceptio, prout
requiritur in qualibet exceptione executio-
nis.) & huic doctrinæ adde appoſitam in-
frà num.97.

91 Quia ſententiæ cauſa ceſſante ceſſat ipſa
ſententia, probat Tiraquell. tract. cauſa ceſ-
ſante. in prin. num. 240. quia quando cauſa
92 ſententiæ redit ad non cauſam, ſententia re-
tractatur, ſecundùm Paul. de Caſtro in l. Im-
peratoris ff. de re iudic. Sfortia Oddi. tractatu
de in integ. reſt. 1. p. quæſt. 14. art.8. num. 67.
pag.389. Mieres de maiorat. 4.p. quæſt. 1. limi.
1. n.72. qui num. 73. dicit, quòd merus exe-
cutor ex noua cauſa poteſt in executione
ſuperſedere, ſecundùm Feli. in cap. paſtoralis. 93
§. quod verò. num.7. de re iudic. Menoch. de
arbit. lib.1. quæſt. 38. n.14. Petr. Surd. deciſ. 289.
n.18. & tradit Rolan. à Valle conſ. 13.

Hinc eſt, quòd ceſſante cauſa ſententiæ,
ſcilicet, quia ſuperuenit noua cauſa, ceſſat 94
ſententia, etiam in rem iudicatam tranſlata,
l.3. C. ad exhibendum. l. ſi fullo. vbi notat Bal.
ff. de condictione ſine cauſa. l. mater. §. eandem,
& l. ſi is qui hæres, in prin. ff. de exceptione rei
iudi. notant Bart. Socin. conſ. 80. colu. fi. lib.1.
Maranta in praxi, verſ. expedita. 2.p. n. 148.
fol. 245. Alciat. in tractatu præſumpt. regul.4.
præſump. 16. numer. 5. & 6. Burgos de Paz
concl. 36. num. 18. Tiraquell. lib. 1. de retract.
§.8. gl.7. num.4. pag.446. & eſt legenda l.25.
tit. 2. p. 3. Mexia in lect. l. Tolet. vltimæ partis
concluſione 24. fol. 197. numer. 150. Armett.
lib.2. ſelectar. in ter. cap.12. num.3. fol.88. per
quem Mier. vbi ſuprà n. 74. ponit regulam, 95
quòd res iudicata non facit ius in iis, quæ
tempore mutantur, per l. arbitrio ff. qui ſatiſ-
dare cogan. & l. ſi rem meam. & l. ſeq. ff. de ex-
ceptione rei iudic. & tradit Tiraquell. ibidem
in tractatu de cauſa ceſſante p. 1. num. 232. fol.
87. & pro hoc dicit meliorem text. de iure
Mieres vbi ſuprà num. 76. in cap. tunc ex lite-
ris. de in integ. reſti. vbi Abb. num.4. pro cu-
ius intellectu lege Aluar. Valaſ. conſult. 51. 96
num. 42. Æguidium Boſſ. in practi. crimi. tit.
de remediis iuſti. à num. 1. cum ſeqq. text. in
l. diui fratres. ff. de iure patro. & vide quæ in-
frà à num. 114. & ſeqq.

Et quòd alimenta creſcant, & decreſcant
creſcente, vel decreſcente patrimonio ali- 97
mentati, vel alimentantis, etiam poſt ſen-
tentiam, & taxationem iudicis, tenet Al-
bert. Brun. in tractatu de augmento concl. 12.
num. 5. Gozadi. concl. 95. num. 4. Floria. de
ſancto Petro in l. ſed & ſi quis. §. mancipio-
rum. ff. de vſufruct. Doctores in l. ſi cum do-
tem. §. leuiſſimo. ff. ſolut. matri. latè & optimè
Marqueſ. tractatu de commiſſ. 1. p. cap. 18. à
num. 48. Palacius Rubeus in rubr. de donat.
inter. not.3. §. 23. numer. 7. fol. 354. Surd. de
alimen. tit. 5. quæſt. 7. num. 58. poſt Caſil.
in l. ſi qua illuſtris num.93. C. ad Orphic. opti-
mè Gratian. in diſcepta. for. tom. 2. cap. 232.
numero 5. optima Rotæ deciſio 431. per Fa- 98
rin. vbi, etiam ſi taxationi conſenſiſſet. qui-
bus adde, quos congeſſimus ſuperiùs à nu-
mero 88.

Hinc etiam pariter excedet executor, ſi
exceptionem, quæ oritur ex ventre ipſius 99
ſententiæ, non admiſerit, iſta ſiquidem legi-

tima eſt, & valde à iure approbata, nullate-
nus reiicienda, quia quando ex eodem actu
oritur actio, & exceptio, à pari vtraque pro-
cedit. Anto. de Cana. in tract. de executione
inter. quæſt. 26. à num. 57. Decianus conſ. 1.
num.68. lib.3. Roma. conſ. 42. viſis num.3. vbi
additio. verbo, inſpectione congerit concor-
dantes. Alexan. conſ. 95. n.2. pleniùs conſ. 119.
num.2. lib.1. & conſ. 20. lib.6. Feli. in c. ex par-
te de off. delega. Caſſiado. deciſ. 10. de reſcript.
Marſi. ſingulari 7. communiter per Italum. An-
gel. Caſtr. Ioan. de Immol. in l. ſi fideiuſſo-
res. §. idem reſpondit. ff. de fideiuſſor. Roman.
conſil. 472. colum. 2. numero 2. Anto. Maſſa
Galleſ. in tract. de obliga. Camer. in 4. p. quæſt.
1. à num.8. & ſuprà. Flores de Mena in pract.
quæſt. lib.1. cap.12. num.44. optimè Cardinal.
Tuſcus practicar. concluſ. tom.3. litera E. concl.
381. num. 14. qui n. 17. dicit, quòd etſi ſta-
100 tutum tollat omnes exceptiones, non tollit
illam, quæ oritur ex eodem ſtatuto, quia di-
citur ex eodem ventre oriri, additio ad Ro-
man. conſ. 244. n.5. in verſ. contractus. vbi plu-
rimos citat Feli. plenè in c. ex parte de off. de-
lega. Alex. conſ. 123. n.12. in fi. & n.13. lib.4. &
poſt Barba. Galleſ. vbi proximè. Roma. conſ.
42. n.4. verſ.4. vbi additio. verbo offic. alios al-
legat. idem Roma. conſ. 51. per totum, etiam ſi
101 non opponatur, quia tunc ſententia, ſeu in-
ſtrumentum loquitur & producitur, præſen-
tatúrque cum ſua exceptione, ſempérque
actioni principali obſtat, cùm ei ſimul iuncta
ſit, vt probant expreſsè præfati Doctores ſu-
periùs citati, cùm ſit, & dicatur exceptio no-
toria, quia conſtat ex eiſdem actis, vt dicit
Tuſc. vbi proximè. n.25. poſt Abb. conſ. 44. in
præſenti colu.2. verſ. ſed his non obſtantibus lib.1.
quam doctrinam mirabiliter declarat Tuſc.
Cardi. d. concl. 381. n.8. ſequutus Alex. conſ. 94.
cariſſime in prin. verſ. non obſtat, quæ ponit Ro-
ma, &c. lib.4. optimè etiam poſt plures alios
Mareſcot. variar. reſolutio. lib.2. cap.121. à n.33.
& nos in ſimili propoſito infrà c. 12. à n.114.
videlicet quòd exceptio ex ventre inſtru-
102 menti reſultans admittitur, ſi agitur ex illo
inſtrumento; ſed ſi agatur ex iudicato ſuper
eodem inſtrumento, ſecus eſt, niſi pariter ex-
ceptio oriatur ex ſententia, quod nota. igi-
tur ab huiuſmodi legitimæ exceptionis re-
iectionis exceſſu appellationi interiectæ non
deferens executor, violentiam facit manife-
ſtum. Quò pertinet quod dicit Seraphin. de
iura. priuilegio 77. ſub num. 31. quòd exceptio
competens debitori, executionem paratam
habet, ſicut actio, ſequitur Giurba deciſ. 113.
n.7. & 8. Gratian. diſceptatio. 175. n.25. & 26.
& faciunt quæ nos infrà cap. 13. à num. 46.
& ſeqq.

103 Quibus accedit Baldi doctrina in l. ab exe-
cutio. num.20. verſ. item in execut. per gl. l. C. de
execut. rei iud. quòd in executione ſententiæ
poteſt opponi & oriri omnis exceptio, quæ
prouenit, & oritur ex mẽte pronuntiantis. Et
hinc eſt, quòd cùm iuris reſeruatio facta in 104
ſententia, conſeruat ius grabato competens.
Bart. in l. penult. C. depoſiti. Oldrald. concl. 237.
in fi. Beccius alios citãs concl. 74. n.17. Craueta
conſ. 974. n.17. cùm & ius reſeruatum, ſit ex- 105
cluſum à condemnatione, & ſententia. ideo
eſt legitima exceptio admittenda, quia re- 106
ſeruatio eſt quædam exceptio, quæ modifi-
cat actum, gl. in l. item Labeo. §. ſed ſi iure. ff. fa-
mil. erciſ. Decius d. conſ. 4. n.14. Matth. Brunus
conſ. 19. Petr. Surd. deciſ. 163. à n.16. & iterum
in conſ. 152. n.30. quia ſicut confirmat non re-
ſeruatum, ita conſeruat intactum, quod eſt
reſeruatum, ac ſi nulla ſtaret condemnatio,
Purpurat. conſ. 42. num.14. Surd. in d. deciſ. 163. 107
n.18. & facient quæ de exceptionibus modi-
ficatiuis in executione admittendis inferiùs
latè diximus.

Ex hoc eodem fonte emanat illa exce-
ptio, (non impleuiſti ex latere) & (ex parte 108
tua,) quæ quidem adeò legitima eſt, vt etiam
in executione opponi poſſit. ita reſpondit
Craueta conſ. 79. n.5. lib.1. & conſ. 7. n.7. lib.3.
Menoch. conſ. 55. n.4. idem Menoch. conſ. 1.
n.367. & verſ. 65. n.4. lib.1. Mareſcotus variar.
reſolutio. lib.1. c.88. n.13. vbi teſtatur, ita fuiſſe
dictum in vna Romana pretij dati 1. Iunij
1607. coram Mancanedo, quia cùm oritur
ex ventre ipſius ſententiæ, poteſt quando- 109
cunque executioni opponi. Roma. conſ. 244.
Cardin. Tuſcus practi. conclu. tom.3. litera E.
concl. 381. n.21. cum ſeqq. Corneus conſ. 297.
& 291. num.7. & 8. lib.3. Galleſius de obliga-
tione Camera. quæſt. 1. num. 1. & 7. inhibitio-
nem tunc expediendam, & concedendam 110
eſſe, firmat Mandoſ. de inhibitio. quæſt. 49. n.5.
& ita determinaſſe Rotam, teſtatur Gratia.
diſcepta. foren. cap. 273. à num. 19. & ſeqq. quæ
quidem exceptio adeò legitima dicitur, vt 111
etiam ab ſtatuto reiiciente, excludentéque
omnes exceptiones, non intelligatur ſubla-
ta, ſed quandocunque de ea opponi poteſt,
ita eleganter Corneus conſ. 279. lib.3. & conſ.
121. lib.1. Aimon. Crauet. conſ. 246. n.2. De-
cius conſ. 463. n.1. & 2. multos refert Roland.
à Valle conſ. 53. n.52. volu.1. & idem Roland.
conſ. 69. n.13. volu.4. meus Dominus Ioan. de
Caſtill. quotidiana. controuerſia. lib. 3. cap. 3.
n. 15. apud quos multos elegantes effectus 112
huiuſmodi exceptionis (non implementi)
perlegere, & reperire poteris. quam ſi exe-
cutor non admittat (vt vides) excedit. vide
exactiſſimè de natura huius exceptionis,
quæ Mareſcot. variar. reſolu. lib.1. cap.88. per
totum, quibus adde Gratia. in diſcepta. foren.

c.325. tom. 2. per totum, vbi exactè explicat
113 huius exceptionis naturam, apud quem latè
etiam de exceptione rei non traditæ, & pre-
tij non ſoluti, vt eiuſdem ſint naturæ, cuius
hæc, non implementi, & quòd opponi poſ-
ſunt poſt ſententiam.

114 Quò pertinet, quòd exceptio, quę oritur,
etiam dilatoria, poſt ſententiam legitima eſt,
opponíque licitè poteſt poſt eam in execu-
tionem, & per executorē admittenda, vt te-
net Bar. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. num. 5.
& deinceps. Feli. in c. inſinuante. de off. delega.
n. 9. fall. 5. quod qualiter intelligatur, decla-
115 rat, ſequitur Ioan. Gratianus in regul. 136.
n. 3. vbi à princ. latè probat, hanc exceptio-
nem dilatoriam poſt litem conteſtatam ſu-
peruenientem, opponi poſſe, iuxta l. ita de-
mum. C. de procurato. l. 2. C. de conſorti. eiuſd.
litis. plures allegat in comprobationem. &
facit quod dixit Roma. in repet. l. ſi verò §. de
viro. ff. ſolut. matri. num. 270. quod exceptio
rei iudicatæ, licèt perpetua ſit, tamen ei non
116 obſtat, qui agit ex noua cauſa, & quæ ſuper-
uenit, vbi plura congerit ſimilia à iure in-
ducta ex noua cauſa ſuperueniente, & hoc
idem voluit Tiraquell. de retractu conſang.
§. 8. gl. 7. num. 4. Caſtren. & Iſſ. in l. ſi fullo.
ff. de condictione ſine cauſa. & in l. Iuli. ff. de
condictione indeb. Petrus Surd. conſilio 268.
tom. 2. pro quo eſt text. in l. ſi mater. §. eun-
dem. in prin. & in l. ſi is qui hæres. in prin. ff.
de exceptione rei iudi. l. hæreditas C. de petitio-
ne hæreditatis. vide quæ ſuprà à numer. 88.
& ſeqq.

117 Cuius etiam farinæ eſt determinatio text.
in l. ſi fullo. in prin. ff. de condictione ſine cauſa.
text. in l. in commodato. §. fi. ff. commodati. text.
in l. 2. §. fi. ff. ad leg. Rhodi. de iactu. text. in l.
eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condictione indeb.
text. in l. Iulian. eodem tit. quibus quidem
eleganter probatur, quòd quando quis per
ſententiam condemnatus eſt ad rei cōmo-
datæ, depoſitæ, vel precariæ, deperditæ reſti-
tutionem, eiúſque verum valorem, & æſti-
mationem, ſi perueniat ad poteſtatē domini;
poteſt de hac noua & legitima exceptione
opponere, & obſtabit, adeò vt ſi iam æſtima-
tio ſoluta ſit, per condictionem indebiti, &
ſine cauſa repetitur, reſtituitúrque, iſta ſi-
quidem legitima eſt, & admittenda præcisè
in executorialium executione exceptio, ita
probat inſuper text. expreſſus, in l. 1. C. de re
iudi. ibi, rebus quidem iudicatis ſtandum eſt,
ſed ſi probare poteris, eum, qui condemna-
tus eſt, id quod furto amiſiſſe videbatur, re-
cepiſſe; aduerſus iudicati agentem, doli ex-
ceptione oppoſita, tueri te poteris, &c.) vbi
118 Bar. Bal. Butr. & Salicet. dicunt communi-
ter, quòd æquitas noui caſus nouum indu-
cit remedium, & quòd aduerſus ſenten-
tiam poteſt opponi exceptio (quod petis,
intus habes) in quorum iurium comproba- 119
tionem multa poſt alios congerit Petr. Surd.
conſ. 168. à num. 14. lib. 4. dicens, hanc exce-
ptionem non impugnare directò ſenten-
tiam, ſed illam modificare, agit enim Surd.
ibi, quando quis per ſententiam admiſſus
fuit ad hæreditatem, vbi hæres ab inteſtato,
quando poſtmodum apparuit alium hære-
dem ſcriptum adeſſe, per teſtamentum no-
uiter repertum, reſcindendam omnino ſen- 120
tentiam, quia deficit eius cauſa, & lata fal-
ſo ſuppoſito, l. ſi à te. ff. de exceptione rei iudi.
vbi Soci. 1. nota. l. 2. & l. ſi mater. §. eadem. ff.
de exceptione rei indic. vbi abſolutus ex vna 121
cauſa, poterit ex alia nouiter conuentus
condemnari. multa cumulat Tiraquell. d. gl.
7. num. 3. & 4. & in tract. cauſa ceſſante. in 1.
p. num. 21. & num. 232. vbi ait ſententiæ cau- 122
ſa ceſſante, ipſam quoque ſententiam ceſ-
ſare, & quemadmodum recuperentur bo- 123
na alienata in tertium per hunc obtinentem
ex ſententia eius cauſa ceſſante, vide latiùs
eundem Surdum vbi proximè per longum
diſcurſum.

Quando autem rei iudicatæ exceptio ob- 124
ſtet in abſolutoria ſententia lata in actioni-
bus realibus, ſeu perſonalibus, puta, quan-
do quis abſolutus fuit, quia actor defecit in
probatione intentionis, aut in probatione iu-
ris & iuſtitiæ negotij principalis, an & quan-
do actor his caſibus poſſit iterum actionem
eandem, vel aliam ad eandem rem in iudi-
cium iterum deducere abſque eo, quod ei
obſtet rei iudicatæ exceptio, vide per duo
membra exactè & eleganter poſt alios ab eo
citatos Doctores, noſtratem Ioan. Garci. in
tract. de nobilitate. gl. 8. §. 1. & aliqua etiam per
Petr. Surd. conſ. 268. n. 299. & ſeqq. tom. 2.

Vnum non omittamus, quod de exceptio- 125
ne defectus mandati, iuriſdictionis, aut vt
ad id diximus ſuprà hoc lib. 4. cap. 3. à n. 122.
in prin. vbi infinitos citauimus dicentes eſſe
legitimam exceptionem admittēdam, etiam
poſt tres conformes, & etiam poſt mille an-
nos, & in iſta tuto omnes exceptiones exclu-
dente, non comprehendi. circa quod vnum
eſt notabile inſerendum, quod ſi actum fuit
cum aſſerto procuratore, & ſententia ſit lata,
non conſtito de mandato, & expeditæ exe-
cutoriales, tamen ſi reuera illo tempore, &
in rerum natura ſtabat ſufficiens manda- 126
tum, licèt non productum, & de illo conſtet,
etiam poſt dictam ſententiam, ſuſtinetur
ſententia, Rot. deciſ. 19. aliàs 248. de procurato.
in antiq. Vantius de nulli. tit. de nulli. ex de-
fect. mand. &c. numero 116. & 117. Mohe-
danus deciſione 7. aliàs 204. coram procurato.

Rota

Rota diuerſor. deciſ. 271. Vrbetana in fi. &
deciſ. 1503. idem in Gerundenſi p. 3. lib. 3. Cre-
ſcen. deciſ. 1. aliàs 18. tres. num. 4. de ſententia
& re iud. Marqueſa. de commiſſio. p. 2. cap. 2.
numer. 8. & 9. fol. 340. in ſecunda impreſſione,
& quòd ita ſcribat Rota, teſtatur additio
ad Rotam deciſ. 7. aliàs 143. ſi procurator, de
procurato. in nouis.

127 Quod intellige verum, niſi antea fuiſſet
oppoſitum de defectu mandati, & nemi-
nem audiri niſi docto de legitimo manda-
to, quia tunc etiam ſi verè ſtet manda-
tum, minimè validaret iudicium, & ſenten-
tia erit nulla, quamuis poſtea appareat de
mandato, probat Marqueſ. vbi proximè d.
num. 9. & ita tenuiſſe Rotam coram D. Litta
die 13. Maij 1594. in vna Immolen. bono-
rum teſtatur Scacia de appella. q. 6. ſub nu. 34.
verſ. oppoſitioni, & verſ. hæc. & tract. de iudicijs
128 cap. 2. num. 406. & quòd poſt dictam oppoſi-
tionem acta non valeant, niſi mandatum
in actis exhibeatur, oppoſitione tamen
non facta, vt quandocunque de eo doce-
re, ſufficiat. tenent Bal. in l. 1. in 2. lectura
num. 3. ff. de procurat. & in conſ. 122. num. 1.
lib. 3. Alexan. conſ. 146. circa fi. lib. 5. Ay-
mon. conſ. 108. Guidobonus conſ. 129. quam
diſtinctionem etiam tenuit Rota in vna
Romana cenſus 4. Decemb. 1595. coram
Pamph. vt teſtatur Mareſcot. variar. reſolu.
lib. 1. cap. 92. num. 1. hoc addito, vt iſthæc
129 oppoſitio, & proteſtatio, vt nihil fiat, niſi
docto de legitimo mandato, debèt repeti in
quolibet actu, adeò vt non ſufficiat, ſemel
à principio opponere. alioquin autem cen-
ſetur ab ea receſſum, & ſufficiet quando-
cunque de eo docere, ſecundùm ſupradicta,
ita aduertit Moheda. deciſ. 44. & ita obſer-
uare Rotam, vt non obſtante dicta proteſta-
tione valeant acta per procuratorem, de
cuius mandato non conſtat, niſi in quoli-
bet actu proteſtatio repetatur. fuit tentum
in vna Soracuſana Quartæ 20. Iunij 1586.
coram Cardin. Plato. teſtatur & ſequitur
Mareſcot. vbi proximè num. 2. vbi exactiſſi-
130 mè poſt alios, an iudicium agitatum cum
Monacho conſtituto procuratore ſine li-
centia ſuperioris ſuſtineatur, quando non
fuit oppoſitum, in quo duas communes con-
trarias refert, & affirmatiuam vt magis com-
munem amplectitur.

131 Et quòd ad hoc vt acta ſint nulla à prin.
etiam ſi reuera ſtaret mandatum, licèt
non exhibitum, debet fieri proteſtatio in
quolibet actu, poſt multos Doctores, & Ro-
tæ deciſiones, optimè latéque proſequi-
tur & declarat Gratian. diſceptatio. forenſ.
tom. 1. cap. 77. à num. 19. cum pluribus ſeqq.
vſque ad fi.

Et quòd hæc proteſtatio ſit neceſſaria in 132
quolibet actu ad hunc effectum, poſt Pu-
teum, Mohedanum, & alios, latè Tuſc. pra-
cticar. concl. litera M. concl. 62. n. 3. & ibi de ma-
teria per totam concluſionem.

Dominus autem quandocunque compa- 133
reat, allegans procuratorem comparentem
pro eo non habere mandatum, erit omnino
audiendus, ad annullandum proceſſum,
etiamſi aliàs iudex inter aduerſarium & pro-
curatorem aſſertum, ſeu falſum, declaraue-
rit habere legitimam perſonam, procurato-
rem comparentem, quia Domino abſenti
non præiudicat, latè proſequitur Maſcard.
de proba. 2. tom. concl. 1007. verbo, mandatum
à num. 12. cum ſeqq. vbi quòd ſi Dominus ſci- 134
uiſſet hanc declarationem, latè proſequitur
diſtinguendo.

Quid autem ſit dicendum de illa inſigni, 135
& mirabili difficultate, quando in obliga-
tionibus, & præſtationibus annuis, & ha-
bentibus tractum ſucceſſiuum, quando ſci-
licet aliqua exceptio in præſtatione & exe-
cutione prioris paghę, vel alicuius annui de-
biti oppoſita fuit, & per iudicem reiecta, &
non admiſſa, an poſſit opponi iterum in cæ-
teris executionibus ſequentium annuarum
præſtationum, ita vt tanquam legitimæ non
obſtet ei rei iudicatæ exceptio, de qua om-
nimòdo vide Ripam in l. ſi ita ſtipulatus. 115.
num. 93. colu. penul. in prin. verſ. ſed quid ſi cre-
ditor. ff. de verbor. obligatio. Immol. conſ. 130.
in caſu præmiſſo. colu. fi. num. 7. Simo. de Præ-
tis. interpreta. 2. vlt. colu. lib. 5. num. 95. dub.
3. fol. 532. Gratianum diſcepta. foren. tom. 1.
cap. 151. num. 39. fol. 367. colu. 1. quod menti
tene, quia quotidie accidit, & ad multa
deſeruiunt.

Pro cuius rei veritate, ac clariori reſolu- 136
tione illud breuibus ſupponendum, quòd
obligatio redditus annui, aut eſt vna, aut
multiplex. Si eſt vna pro omnibus penſio-
nibus decurrendis, vnica, & eadem cenſe-
tur pro omnibus præſtationibus obligatio,
ita vt vna præſcriptio pro tota obligatione,
& per conſequens pro futuris redditibus
annuis ſufficiet, & extinguet. aut eſt mul-
tiplex, ita vt tot ſint obligationes, quot ſint
annuæ præſtationes, & quolibet anno inci- 137
piat deberi, & oriatur noua obligatio pro
penſione illius anni, ita vt tot requirantur
præſcriptiones, quot ſint annuæ præſtatio-
nes, pro qualibétque ſingulæ præſcriptio-
nes requirantur, iuxta doctrinam gl. in l.
cùm notiſſimi. verbo, cuiuſcumque anni. C. de
præſcrip. trig. vel 40. an. vbi Bar. & alij. Ale-
xand. in l. de pupillo §. ſi in pluribus. ff. de no-
ui operis nunti. Iſſ. in l. ſi Stichum. §. ſtipula-
tio. ff. de verbo. Guido Papæ quæſtione 406.

Anto.Gomez *de contract.cap.*11. *num.*45. vn-
de ſi annuus redditus debetur ex contractu,
138 regulariter obligatio eſt vna perpetua, &
non finitur morte creditoris, ſed ad hære-
des tranſit, & pro toto vnica actio compe-
tit. *l.Stichum.§.ſtipulatio. de verborum. l. Sena-
tus §.fi.ff.de donat.cauſa mor.*Vallaſcus *conſ.*49.
*num.*6. Caſtro *de annuis in princ. num.* 41.
Crauet. *de anti.tempor.*4.*p.verſ.materia ſingu-*
139 *laritatis num.* 36. ſi autem reditus annuus
debetur ex contractu conditionali, cuius
conditio debet adimpleri ſingulis annis,
tunc quot ſunt anni, tot ſunt obligationes,
text. *in l. ſi ſeruus communis.* §. *fi. de ſtipul. ſer-
uorum.* vbi Bart. notat. *num.*2. *&* 3. docens
quòd ſi ſtipulatio annua ſit per eum, qui de-
bet aliquid implere ſingulis annis, quod
ipſius perſonæ cohæret, tunc quot ſint an-
ni, tot ſunt obligationes.
140 Exemplum in medico, ſeu aduocato, cui
redditus promiſſus eſt pro ſalario ſingulis
annis, item ſi redditus annuus fuit pro-
miſſus ad vitam alicuius, tunc tot ſint pro-
miſſiones, & obligationes, quot annis vi-
xerit ſtipulator, *l.ſancimus* §. *ſi quis autem el* 2.
*C.de donatio.*Corneus *conſ.*44.*colu.*2.*&* 3.*lib.*2.
Balb. *de præſcrip.*4. *p. quæſt.* 4. *num.* 5. Anto.
Gomez *vbi ſuprà.* alia plura exempla ponit
Gaſpar Rodrig. *de annuis reddi. lib.*1. *q.*17.
*num.*101. qui *num.* 102. idem firmat, & latè
141 explicat in annuis legatis, vt tunc tot ſunt
legata, quot annuæ præſtationes. Balb. *vbi
proximè.*Vallaſcus & Caſtro locis ſuprà cita-
tis. facit *l.in ſingulos ff.de annu.lega.l.ſi Stichum
§.ſtipulatio ff.de verbor.l.cum in annos, cum dua-
bus ſeqq.ff.quando dies legat.cedit.l.*1. §. *ſin an-
nos ff.ad l.falcidiam.*
Hoc igitur neceſſario ſuppoſito, ita re-
ſpondet ad præfatam difficultatem Ripa *vbi
ſuprà in d. l. ſi ita ſtipulatus.*115. *num.* 93. *colu.
penul. verſ. ſed quid ſi creditor ff. de verborum*
142 *obligatio.* vt eius deciſio & reſolutio pendet,
an vna ſit ſtipulatio pro annuis præſtatio-
nibus, an plures, vt ſi vnica ſit pro omnibus
annis, nulla agenti creditori obſtabit ex-
ceptio, quia ſententia lata ſuper vna parte,
hoc eſt, vno annuo redditu, (cùm ſine ea
alia pars deberi non poteſt) parit plenum
præiudicium, & excipienti ſemel iam ex-
ceptione reiecta per iudicem in vno reddi-
tu, in executione alterius obſtabit rei iu-
dicatæ, & minus legitimæ, ac reprobatæ
exceptionis exceptio. ac ita plenum parat
præiudicium debitori, iuxta *l. egi.*2. *reſponſo*
143 *ff.de exceptione rei iudi.*& ideo ſi eſſet lata ſen-
tentia abſolutoria in fauorem debitoris in
vno annuo redditu, agenti iterum pro ſe-
quentibus annis, obſtabit exceptio rei iu-
dicatæ, dicit ipſe Ripa *ibi*, ſequutus Aretin.
ſuper eadem l. hoc idem tenentem, & citan-
tem text. *in l. ſi ex falſis. C. de tranſactionibus.*
ſed pro meliori allegat Ripa text. *in l. ſi pe-
tiero. ff.de exceptione rei iud.*
Si verò tot ſint obligationes quot ſint 144
anni, ſententia lata pro prima pagha, &
præſtatione, non pareret plenum præiudi-
cium pro ſequentibus. propterea dicit Ri-
pa vtiliſſimum eſſe ſcire; an in annuis præ-
ſtationibus vnica ſit obligatio, an tot quot
præſtationes. Ripæ autem omnes præcitati
Doctores, ſcilicet Simon de Prætis, & Gra-
tian. aſſentiunt, & cum ſua determinatione
tranſeunt omnes. Pro quo allegat famo-
ſum text. *in l. & an eadem.§.actiones.ff. de ex-
ception.rei iudi.* cuius ſunt hæc verba: Actio-
nes in perſonam, ab actionibus in rem hoc
differunt, quòd cùm eadem res ab eodem
mihi debeatur, ſingulas obligationes, ſin-
gulæ cauſæ ſequuntur, nec vlla earum alte- 145
rius petitione vitiatur, at cùm in rem ago nō
expreſſa cauſa, ex qua rem meam eſſe dico,
omnes cauſæ vna petitione apprehendun-
tur, nec enim ampliùs, quàm ſemel, res mea
eſſe poteſt, ſæpius autem deberi poteſt,
&c.) & ſic ſequitur, quòd quando plures
ſint obligationes, quot præſtationes, ſem-
per exceptio etiam iam oppoſita in aliqui-
bus, in aliis decurrendis iterum opponi po-
teſt, ſi ſui natura legitima ſit, non tamen ta-
lis eſſe deſiit, ex hoc capite.
Econuerſo autem, quando ad præſtatio- 146
nem vnius, vel ſecundi anni debitor per
ſententiam condemnatus, & executus ſol-
uit, ſi non oppoſuit tunc legitimam exce-
ptionem, ſed opponere omiſit, poſſit in qua-
libet ex præſtationibus ſequentibus oppo-
nere, abſque eo quòd ſibi aliqua rei iudi-
catæ poſſit exceptio obſtare, nemini du-
bium eſt, pro quo eſt doctrina gloſſæ ſin-
gularis *in auth. de inſtrum. cautela & fide* §. *in
his. verbo, inſinuent.* vbi Angel. eleganter *ibi
num.* 15. quem referens ſequitur Gregor.
Lopez *in l.*115.*gl.*1.*tit.*18.*p.*3.*in prin. gl.* Ga-
ſpar Rodrig. *de annuis redi. lib.*1. *quæſt.*15. *ſub
num.*28. dicens, quòd huiuſmodi ſolutio-
nes nihil inferunt in futurum. Pro qua ra- 147
tione aliqua adducit ibi, & ſurſum, qui lo-
quuntur in exceptione opponenda contra
inſtrumentum, aut tabellionem, quorum
doctrina procedit, dum loquuntur, quan-
do exceptio non oppoſita, ſed omiſſa fuit
indiſtinctè, ſiue ſint plures, ſiue vnica pro 148
annuis præſtationibus obligatio, prout ipſi
Doctores loquuntur, etiam abſolutè. prior
tamen diſtinctio ex Ripa, Immol. Simone
de Prætis, & Gratiano procedit, & locum
obtinet, quando oppoſita fuit exceptio in
aliquibus annorum præſtationibus, & per
iudicem

iudicem non admiſſa, vt in cæteris ſemper
poſſit obiici iterum, non obſtante rei iud.
exceptione, prout expreſsè ipſi Doctores
loquuntur, & eſt text. *in l. ſi in iudicio. ff. de
excep. rei iudicatæ,* & optimè noſtras Gaſpar
Rodrig. *de annuis reddi. lib.*1. *q.*16. *num.* 28.
quem vide ad propoſitum.
149 Sed idem Ripa ibidem *in d.l. ita ſtipula-
tus d. num.*93.*in finalibus verbis,* contra ſuam
diſtinctionem, & opinionem opponit d.
text. *in l.*1. *C. de fideicommiſſ.* qui dicit, ob-
ſtare, dum in eo actum fuit annuo legato,
quod (vt ſuprà vidimus) tot continet obli-
gationes, & legata, quot præſtationes an-
nuæ; & tamen debitor ſemel condemna-
tus cogitur præſtare præſtationes ſucceſſiuè
decurrendas illius primæ condemnatio-
nis, & rei iudicatæ virtute, ita vt ſemper
hæredi eius obſtet exceptio. cui textui ipſe
Ripa non reſpondet, ſed relinquit cogitan-
dum. Sed tu hanc difficultatem facilè eui-
tabis, ſi conſideres, in caſu illius text. non
agi de vna, alterámve annua præſtatione, ſed
ius ipſum principale, & ipſa cauſa primæua,
à qua proueniunt præſtationes, deducta
fuit in iudicium pro tempore decurſo, &
150 præſenti, & futuro, vt durante legati tem-
pore ſucceſſiuis annis legatum ipſum ſol-
uatur, & præſtetur legatario, quod quidem
obtinet in quibuſcunque annuis redditi-
bus, ex quauis cauſa prouenientibus, in
quibus pariter licitum eſt, agere contra
debitorem, vt condemnetur, ad præſtan-
dum fructus pro omnibus annis futuris,
debitis terminis, & temporibus; nec tunc
erit (ſequuta huiuſmodi condemnatione)
neceſſe, litem inſtituere adueniente anno,
vt ex *d. l* 1. *C. de fideicommi. & l. malè agitur.
C. de præſ.*30. *vel* 40. *annor.* deducunt omnes
Doctores, prout eſt videre ex B. *in l. liber-
tis.* §. *manumiſſis. in fi. de alim. & cibar. legat.*
idem *in l. de pupillo.* §. *ſi in pluribus. ff. de noui
oper. nun.* Bal. *in l.* 1. *C. de ſen. quæ ſine certa
quant.* Simon de Prætis *de inter. vlti. volun.
lib.*5.*dub.*3.*num.*95.*fol.*532. Gratian. *in diſce-
pta.foren. cap.*151.*num.*34.*& ſeqq. tom.*1. Ale-
xan. *conſ.*95. *in cauſa & lite. colu.*1. *in fi. verſ.
ſed reſpondeo. lib.* 1. Petrus Surd. *de alimen.
tit.*3.*quæſt.*9.*in fi. & tit.*8.*priuilegio* 25.*num.*7.
& ſic cùm vniuerſum ius principale, & vni-
uerſale, ipſaque primæua, & originalis
cauſa in totum ſit in iudicium deducta, ac
ſuper toto cadat vniuerſaliter iſta res iu-
dicata, nihil mirum, vt pariter ſemper ob-
ſtet eius exceptio, iuxta *d. l. & an eadem.
in prin.& in d.§.actiones.cum alijs pluribus.ff.de
exceptione rei iud.* nos autē loquimur, quando
eſt actum ad vnam, alterámve annuam præ-
ſtationem dumtaxat, non ad ius principale.
Sed quid de exceptione ſequeſtri, an ſe- 151
queſtrum factum debitori aliqua ex cauſa,
authoritate iudicis, debitori ipſi præcipien-
tis, ne ſoluat ſuo creditori, an impediat
executionem factam in ipſo debito, & ta-
lem exceptionem legitimam eſſe, ad im-
pediendam huiuſmodi executionem, te-
net Flor. de Men. *in addit. ad Gam.deciſ.*285.
exactiſſimè probat Ioan. Gutier. *practi.quæſt.
ciuil. quæſt.*113. *à prin.* diligentiſſimus & do-
ctus D.Ioan.del Caſtill.*quotid.controuer.lib.*4.
*cap.*59.*ſub num.*40.*verſ.Ioan.Petr. Fontanel. ad
fi. & verſ. denique & vltimo loco. fol.*595. qui
cum Flor. de Mena *vbi proximè,* quòd ea
exceptio iuſſu iudicis debet impedire viam
executiuam, ſed quòd iudices ſolent non
obſtante interdictione, ne creditori ſolua- 152
tur, reum debitorem condemnare (oblata
illi cautione indemnitatis) & quòd tunc
non debent decima, aut expenſæ ab ipſo
debitore exigi, cùm ipſe non fuerit in culpa
non ſoluendi, puta, quia imò tenetur reſi-
ſtere ex iis, quæ ſtatim ſunt dicenda. Vltra
quos quòd debitor, in quem debitum eſt
ſequeſtratum, non poſſit exequi à ſuo credi-
tore, niſi ſemoto ſequeſtro, probant B. *in l.
mulus.ff.de leg.commiſſ.*Ioan.Andr. *in addit. ad
Specul.de ſeq. poſſ. & fruc.* Guido Papæ *deciſ.*
340.*num.*3. Pract.Ferrar.*in forma ſequ.num.*2.
*verſ.audeat.*Maſuer. *in pract. rubri.de ſequeſ.*§.
item creditor, Rebuf. *de lit. oblig. art.*6. *gl.*3.
*num.*64. Galleſ. *ad for. Came.p.*2.*q.*3. *ad* 4. *p.
Cam.obli. num.*3. *&* 4. Guido Papæ *deciſ.*210.
Ciofu. *conſ.*62. *num.*2. *volu.*2. Cancer. *var.
reſol.*2. *c.*4.*à n.*19.
Quod limita, ſi debitoris opera & fraude
dictum ſequeſtrum ſit appoſitum. Cancer.
*ibi num.*23. poſt alios addit. ad Guid. Pap.
*deciſ.*210. *ſecundum B.* Natta *conſ.*233. Ca-
roc. *de ſequeſ. p.* 3. *quæſt.*10. *num.*4. Roma. *in
l. fi. ff. qui ſatiſ. cogan.* & an creditor debito
ſequeſtrato poſſit agere contra fideiuſſo-
rem, pulchrè per Hierony. Gratum *conſ.*28.
*per totum volu.*1. Cancer. *ſuprà num.*46.
Hinc etiam quæritur, an depoſitarius 153
reddens depoſitum, de mandato iudicis li-
beretur, licèt pars cuius eſt, non vocetur, iu-
déxque iubeat reddi alteri, an, & quas di-
ligentias facere teneatur, & an debeat ap-
pellare, vide Gregor. Lopez *in l.*3. *tit.*3. *p.*5.
gl. 1. vbi latè poſt Bal. *in l. fi. C. de bon. auth.
iud. poſſide.* per text. illum. idem Gregor. *in
l.*4. *tit.*14. *p.* 5. *verb. mandamiento.* vbi agit
etiam an debeat appellare. & poſt eundem
Gregor. idem tractat Azebed. *in l.* 13. *tit.*9.
*lib.*3. *nouæ recop. fol.*357. Don Ioan. del Ca-
ſtillo *quotid. controuerſ. lib.*4. *cap.*59. *ſub n.*40.
verſ. Gregor. Lop. & verſ. Alphonſ. Azebe. fol.
594. à tergo, & ſaltem hoc caſu requiri ap-

 pellatio

pellationem interponendam ab ipſo depo-
ſitario, ſi alteri quàm ei, qui depoſuit, depo-
ſitum reddi, iudex decernat, tenet Azebe.
in rub.tit.12.lib.4.num.11.fol.376.
154 Et an debitor, cui iuſſus eſt à iudice, ne
ſoluat ſuo creditori, vel quando per iuſſum
iudicis iubentis, vt alteri, quàm ſuo credi-
tori, ſoluat; debeat appellare, & contradi-
cere, & an debeat vti omni diligentia, ne
debitum exigatur ab eo, vide latiſſimè Af-
flict. deciſ.328. per totam. & vtiliùs deciſ.150.
ex num.8.& ſeq.& num.17. & ſeq. vſque ad fi.
deciſ.B.& Caſtr. in l.creditor ff.de ſolutio.Rom.
conſ.287. Alexan.conſ.15. in fi. lib.2. Bal. in l.
falſus. C.de furt & in conſ.485.viſo inſtru. lib.4.
Iſſ. in conſ.26.lib.3. Areti.in conſ.35. Raphaël
Cuma. conſ.185. Carol. Ruin. conſ.147.n.19.
lib.1.& in conſ.167.num.7.& in conſ.171.lib.4.
Auend. in dictiona. verb. fuerça.Mar. Anton.
de Mor.1.p. num.27. Grat. conſ. 127. lib.1.
Guid.Pap. deciſ.340.non debet. Marſil.in rubr.
de fideiuſſ. num.186. Dida.Perez in l.3.tit.10.
lib.3.ordi.quæſt.15. colu.1144. Meno. de arbit.
lib.2. caſ.137. qui multa in propoſito tradit.
& ipſe Meno.in conſ.68.per tot.lib.1. Vrſill. in
addit.ad Afflict.d.deciſ.150. num.6. & d. deciſ.
328. num.1. Anto.Gabr.commu. concluſ. lib.3.
tit.de ſolutio. concl.11. Rebuf. in tract. de liter.
obliga.tom.1.art.6.gl.3.num.64.Rot.Genuenſ.
deciſ.33. num.6. per tot. Hippolyt. Rimi. conſ.
506.num.29. & 30. lib.5. latiſſimè Carol. de
Graſſ. in tract. de exceptionib. exceptio.25. ex
num.49. cum multis ſeqq. Anto. Theſaur. fo-
renſ. lib.2. quæſt.54. per tot. Borgni. Caualca.
deciſ.20. num.21. p.2. Iacob. Cancer. variar.
reſolu.p.2.c.4.de ſequeſt.& emp. num.19. & ſeq.
Anto.Fab. ad tit.C.de ſolu.diffinit.9. fol.1057.
Seraphi. de priuil.iur.priuil.47.ex num.10.cum
ſeqq. Parla. lib.2. rerum quotidia.c.fi.5.p.§.17.
num.8.& 9.Ioan.Petr.Fontanel.in commenta.
de pactis nuptialib. clauſ.3.gl.2. ex n.42. vſque
ad num.49. fol.15. Anton. Gama deciſ.285.
Gutierr. practi.quæſtio.lib.1. quæſt.113. per to-
tam. vbi allegat ad hanc quæſtio. text. in l.
ait Prætor. §.permitti. ff. de quæſt. & aliorum
Doctorum dicta referens, nihil tamen re-
ſoluens, latè proſequitur Domi. Ioan. del
Caſtillo, quotid. controuer. iuris, lib.4. cap.59.
à num.39.
155 Et quòd teneatur anteaquam ſoluat, om-
nem adhibere diligentiam ne ſoluat alteri
quàm creditori, & quòd illi teneatur denun-
tiare debitor, probant poſt Crauet. Meno.
vbi proximè lib.2.caſ.137.num.16. Petr.Surd.
conſ.345. num.5. & 6. lib.3. vbi alios allegat,
latè Ioan.Gutierr. practi. lib.1. d. quæſtio.113.
à num.4. & num.15. & eodem lib.1. quæſt.81.
ex n.10. vſque ad 17. Caſtill. vbi proximè ſub
d.n.40.in pluribus verſiculis.Parla.vbi ſuprà.

Et quòd quando debitor fuit in mora, 156
ſoluendi ſuo creditori, vt non liberetur per
reſiſtentiam & contradictionem ſequeſtri,
quia tunc illa mora præponderat, tenet Me-
noch. de arbit.lib.2.caſ.137.à num.24. Caſtell.
ſub d. num. 40. verſ. Iacob. Menoch. tenet
etiam Fontanell.de pactis nuptial.clauſ.3.gl.2.
ex num.42. fol.15. vſque ad num.49. Afflict.
deciſ.150. Rota Genuenſ. deciſ.61. num.6. &
9. Borgni.Caual.deciſ.25.num.1.p.2.Cancer.
variar.reſolu.2.p. cap.4. num.24. Gutierr. in d.
quæſt.113. num.3. vbi ſcribit debitorem, cui
ante moram fit ſequeſtrum, teneri reſiſtere, 157
& facere, quidquid ei ſit poſſibile, ne fieret
dictum ſequeſtrum, & factum reuocaretur,
quia aliàs, ſi ſponte ſoluit, cui iudex iuſſit,
vel agnouit dictum ſequeſtrum, non libera-
tur, per d.l.ait Prætor. §.permittitur ff.de minor.
ſequitur D. Ioan. de Caſtill. ſuprà verſ. deni-
que & vltimo loco.
Et quòd debitor liberetur ſi ſoluat iudi- 158
ci, aut apparitori exequenti, factam ſolutio-
nem legitimam reputari, & debitorem li-
berare, tenet Parlador. lib.2. rer. quotid. c. fi.
5.p.§.17.num.10. quem ſequitur Caſtell. vbi
proximè d.c.59.ſub num.40.verſ.Ioan.Parlador.
in fi.fol.595.circa quod dicit Rebuf. in tract.
de ſent.execut.art.7.gl.13.num.7. quòd ſi exe-
cutor fuerit datus ad vendendum & pre- 159
tium recipiendum (quod tamen eſt pericu-
loſum, dicit ille) ſi is vendiderit, & pretium
receperit, liberabitur emptor, quia legiti-
mè ſoluit, parendo mandato iudicis, ſed exe-
cutor tenebitur Domino, cuius bona ſunt
vendita, allegat Bal. in l.3. §. ſi executor ff. de
negotijs geſtis. argum.text. in l. ſi ſtipulat. ſum
mihi §.1. ff. de ſolut. meliùs facit l. ſi ob cau-
ſam. C.de euictionib. qui Rebuf. in apparitore
videtur ex iis requirere mandatum iudicis
ad recipiendum pretium, quod pro nunc
non examino.
Circa hanc materiam notandum erit, 160
quòd euicta re in ſolutum data pro debito
pecuniario, ſiue per adiudicationem iudi-
cis, ſiue partis, non agitur ex actione pri-
mæua competenti ex primo contractu, quia
ipſa extincta fuit, & ſublata, ſed tantùm ex
actione vtili ex empto. Petr.Surd. deciſ.266.
num.1.cum ſeqq.& deciſ.113.n.3. & conſ.145.
num.20.& 21.cum ſeqq.& ſuprà lib.1.poſt Ti-
raquel. & plures quos allegat Gratia. diſce-
pta.foren. cap.3. ex num.14. vſque ad num.23.
latè Fabius de Anna in conſ.35.& in conſ.90.
Maſtrill. deciſ.120. Doctor Felicia. de Solis
in appendice ad commenta.de cenſib.2.tom.cap.5.
num.16.fol.201. D. Ioan. de Caſtill. quotid.
controuer.iur. lib.4. cap.59. à num.51. cum ſeqq.
qui etiam probant, vtile eſſe, quia hoc caſu 161
priores fideiuſſores, & pignora liberantur,
qui

qui latè de materia tractant, quando euicta
re, & ſemel extincta actione liberentur prio-
res fideiuſſores, de quo plurimi citati ab eo-
dem Caſtell. ibi.
162 Tamen cautela erit, vt creditor pericu-
lum hoc effugiat, vt ſibi proſpiciat proteſta-
tione, quòd re euicta ſibi remaneat integra,
& illæſa actio primæua, quia tunc ex ea pro-
teſtatione conſeruat illam, & re euicta po-
terit experiri aduerſus fideiuſſores, & ter-
tios pignorum, & hypothecarum poſſeſſo-
res, probant Solis, Grati.& alij citati per Ca-
ſtell. n.54.ex Cepola cautel.123. qui latè hāc
materiam poſt alios proſequitur videndus.
163 Vlteriùs animaduertendum erit, quòd
creditor euictionem pignoris venditi non
debet regulariter, probant l.1.& 2. C.credito-
rem euictionem pignoris non debere. l. fi. tit.13.
p.5. dummodo concurrant requiſita ab eiſ-
dem iuribus, & Doctoribus deſiderata, quæ
tradit Gregor. Lopez in l. fi. tit.13. p.5. gl.1.
deduxerunt quoque, atque exornarunt Do-
ctores communiter ad d.tit. C. creditorem eui-
ctionem pignoris non debere, vbi eleganter Ia-
cob. Cuiacius, & Hug.Donel. videndi om-
nino, Signorol. in conſ.90.num.26. Siluan. in
conſ.101.Dueñ. regul.169.Plot. in l.ſi quando
num.478. C.vnde vi. Decius in conſ.449.n.37.
& 38. Fran.Mar. quæſt.926.p.2. Vincent. de
Franch. deciſ.239.p.2. Franciſc. Viuius deciſ.
24.& 152. 1.p. Fabius de Anna in conſ.37.&
in conſ.90. num.12. & ſeqq. Pereg. de fideicom-
miſſ. art.35. num.19. & deciſ.31. num.3. Ste-
phan.Grat. deciſ.175.ex num.1. Ozaſ.in conſ.
33. Ariſmin.Tepat. variar.lib.2.tit.creditorem
euictionem pignoris nō debere. fol.139. Magon.
deciſ. 32. Rotæ Florentinæ Pater Ludoui.
Molin. tom.2.de iuſt.& iur.tract.2.diſput.538.
ex verſ. ſupereſt explicemus. fol.1825. in fi. &
1826. & vide etiam fol.1827. Fului. Paci. in
tract. de emptio. & vendi. num. 254. fol. mihi
244. Ioan. Baptiſt. de ratione Ratæ quæſt.14 n.
6. Alex. Trentacinq. variar. lib.3. tit. de em-
ptio. & vendit.reſolu.17.fol.278.Cardi.Domi.
Tuſc. practicar.concluſ. iur.tom.2.litera E.concl.
359.fol.286. Anto. Faber de error. pragma.de-
cad.1.error.5.& melius error.10.vbi vide om-
nino, & ad d. tit. C. creditorem euictionem pi-
gnoris non debere. defini.1.& tribus ſeqq.ex fol.
1085. D.Ioan. del Caſtillo quotid. controuer.
164 lib.4.cap.42. à num.68.cum ſeqq. pignoris ven-
ditionem legitimè factam per creditorē non
impediri per appellationem debitoris, dixi
ſuprà 3.p.c.6.n.33.
165 Vnum tamen aduertit Anto. Faber de er-
ror.pragm. decad.1.lib.1.error.10.fol.26. vbi di-
cit, titulum C. creditorem euictionem pignoris,
non pertinere ad hunc caſum, quo venditio
fiet per iudicem vrgente creditore, ſed ad
eum potiùs, quo venditio facta ſit per cre-
ditorem ipſum iure creditoris, & ſic quòd
pragmatici paſſim abutuntur eo titulo, vt
probent diſtractis pignoribus authoritate
iudiciali, poſtulante creditore, ſi ea pignora
poſtea euincantur, creditorem de euictio-
ne non teneri, ſi non fuerit in dolo, inter-
ueniente autem dolo teneri, ſed decipi ma-
nifeſtè, ea ratione, quòd cùm venditio ſit
authoritate iudicis, quaſi nomine debitoris, 166
vt creditori ſolutionem vrgenti ſatisfiat, ab
ipſo debitore facta intelligatur, quandoqui-
dem factum iudicis eſt factum partis. l. 1. 167
& 2.C. ſi in cauſ.iud.pig.capt.ſit. apparet alium
quàm debitorem, de euictione teneri non
poſſe, l. ſi ob cauſam. 13. C. de euictio. quod la-
tiſſimè examinat Caſtell. vbi proximè d.c.42.
ſub num.71.& num.110.
Quæri etiam poteſt, ad mei inſtantiam 168
iudex arreſtauit, ſeu ſequeſtrauit mulam,
quam quidam debitor forenſis in hoſpitio
habebat, probat ille debitor, præfatam mu-
lam ſuam non eſſe, ſed ſe conductam habe-
re, an ſequeſtrum ſit relaxandum & reuo-
candum? Reſpondetur, quòd ſic, Rebuffus
in conſtitu.Regijs tit.de lite.obligato. art.6. gloſſa
3. num.51. Iacobus Cancerius vari. reſolut.
2.p.cap.4. num.28. Et eſt ratio, quia ſeque-
ſtrum in re aliena factū non valet, ſed debet
fieri in propriis bonis, vt affirmat Alexand.
conſ.6.num.1.volu.4.Cancer.loco citato, Caroc.
de ſequeſtro. p.3. quæſt.8. num.1. & Borgnin.
Caualca. deciſ.3.num.35.p.1. tamen in dubio
eius præſumitur, apud quem reperitur, vt
poſt alios Cancer. vbi proximè num.29. &
num. ſequen. quòd qui iniuſtè hoc ſeque-
ſtrum petit, tenetur parti ad intereſſe, quem
vide poſt alios.
Quid ſi plura ſequeſtra fuerint appoſita 169
in aliquibus bonis, an prius aliis præferatur?
Et dicendum eſt, quòd non, quia ſequeſtra-
tio ſecundi creditoris nullum præiudicium
poteſt generare priori creditori habēti priùs
rem hypothecatam, iuxta l.creditor ff. qui po-
tior. in pigno. habeant. & in terminis ita pul-
chrè dicit Ioan.Bologne. conſ.30. num.7. Ia-
cob.Cancer.vari.reſolu.2.p.c.4.n.36.
Notandum eſt inſuper, vt res per iudi- 170
dicem ſequeſtrata, ſeu de eius mandato in
cauſa executionis capta non poſſit à debi-
tore vendi, ac ideo venditionem eſſe nul-
lam. Guido Papæ deciſ.210. & B. de aliment.
num. 44. Cancer. vbi proximè num.43. vbi
poſt Rebuffum, & Guido. Pap. quòd pro ali-
mentis poterit alienari iudicis permiſſione.
Et pro huius capit. materiæ complemen- 171
to illud annotare poteris, quòd exceptio li-
tis pendentiæ in executiuis locum non ha-
beat, Geminia. in rubrica de eo qui mittit. in
poſſ.

poſſ. cauſa rei ſeru. in 6. Iſſ. in conſ. 9. num. 2. vol. 2. Gargiar. patroc. 100. n. 14. Caualcanus deciſ. 1. num. 15. p. 1. Beccius conſ. 17. num. 3. Beroi. conſ. 85. volu. 1. Neuiſa. conſ. 4. in fi. Gratian. diſceptatio. 118. num. 44. Lancelot. Robert. de attenta. 2. p. cap. 4. limit. 2. num. 50. & 76. Capicius deciſ. 33. num. 3. Flami. Cartar. deciſ. 2. num. 9. & 14. Antoni. Gabriel tit. de iudicijs, concluſ. 1. num. 31. Anguiſ. conſ. 251. n. 4. Marius Giurba deciſ. 100. n. 16.

172 Ac inſuper ſi via ordinaria actor cœpit agere, viam illam relinquere nõ poteſt agendo executiuè, ex gloſſa in l. proinde. §. notandum. ff. ad legem Aquili. Gutierrez lib. 3. practi. q. 39. Sigiſmundus Eſcacia de iudicijs lib. 1. c. 62. num. 33. & de appellatio. q. 17. limi. 9. n. 45. Gratian. diſceptatio. 118. à n. 43. cum ſeqq. Azeued. in l. 1. n. 144. tit. 21. lib. 4. recopil. Doctor Felicia. de cenſibus lib. 3. c. 2. num. 9. Burgos de Paz conſ. 39. num. 24. Molina de primogen. in additionibus ad finem operis poſitis ad c. 13. n. 31. lib. 3. Giurba. deciſ. 100. n. 53. & deciſ. 74. n. 11.

173 niſi cùm viam ordinariam intentauerit, proteſtetur creditor, quòd viæ executiuæ præiudicare nolit, Giurba, Molina, Paz, Azeued. & alij citati probant.

174 Et an exceptio rei iudicatæ obtentæ contra receptores reddituum, dictos, recaudadores de rentas, quibus principaliter res non intereſt, obſtet domino cuius ſunt redditus, vide poſt Plotum conſ. 21. & Mandelum de Alba. conſ. 249. n. 15. & 17. volu. 2. Baptiſtam Coſta. de facti ſcientia & ignoran. inſpectione 50. num. 6. qui negatiuè reſoluit.

175 Et inſuper, exceptiones eædem obſtant ceſſionario, quæ obſtant cedenti Hieronym. Gabriel conſ. 20. n. 7. tomo 1. quod & idem dicimus de intruſo lite pendente, qui eaſdem habet exceptiones, quæ etiam principali nominato in ſententia concedũtur à iure contra executionem, quando ſcilicet ſententiam non impugnant. Hieronymus Gabriel poſt alios conſ. 52. n. 13. tomo 1.

CAPVT VIII.

An, & quibus caſibus ab executore excedente, dum exequitur perſonas in executorialibus minimè nominatas, nec virtualiter comprehẽſas; appellationi interpoſitæ non deferens, vim faciat. & quales ij ſint caſus, ſpecificè monſtrantur.

SVMMARIVM.

Excedit executor exequendo perſonas non nominatas in executorialibus, nec virtualiter aut viſibiliter expreſſas. num. 1. & 4.

Ab executore excedente de perſona ad perſonam, appellationi vt legitimæ deferendum decernit ſenatus, aditus per viam recurſus. n. 2.

Sententia cùm ſit ſtricti iuris, non extenditur de perſona expreſſa ad non expreſſam. n. 3.

Exceſſus de perſona ad perſonam nullitas eſt. n. 4.

Exceſſus adeſt in executore, ſeu quolibet alio delegato, ergo licita eſt appellatio, valet argumentatio. n. 5.

Ab exceſſu de perſona ad perſonam appellationi vt legitimæ & ſuſpenſiuæ deferendum eſt. n. 6.

Exceſſus de perſona ad perſonam eſt cauſa legitima appellandi ab executore. n. 7.

Tertius comparens coram executore docens, & allegans ſe non comprehendi in executorialibus, ſi non admittatur ab eo, licitè appellat. n. 8.

Tertius executorialibus non comprehenſus earum executionem impedit & appellat. n. 9.

Executor ad vlteriorem executionem procedens, non obſtante tertij legitima oppoſitione excedit, & licitè appellatur. n. 10.

Ab executore reijciente legitimas exceptiones licet appellare. n. 11.

In tertij oppoſitione duo concurrunt, exceptio legitima reiecta, & executio contra non nominatum, quæ præbent cauſam appellandi. n. 12.

Ab executore citante non citandum, nec comprehenſum in commiſſione, licita eſt appellatio. n. 13.

Tertij comparentis appellatio impedit executionem ſententiæ contra alium latæ. n. 14.

Tertius legitimè comparens impedit executionem etiam trium conformium. n. 15.

Tertius non citatus nolens proceſſui comparere, & ſe opponere, poteſt executionem impedire, ne contra illum fiat. n. 16.

Tertij oppoſitores multis de cauſis poſſunt comparere ad executorialium executionem impediendam. n. 17.

Res iudicata non præiudicat non citatum ad actum, quo lædi poteſt. n. 18.

Res iudicata inter alios lata, alijs non præiudicat. num. 19.

Non citatus non eſt iudicio ſubiectus, nec tanquam pars, nec tanquam adhærens, & ita non videtur ratificare cauſam. n. 20.

Vigor pronuntiationis naſcitur ex iudicio, quo quis eſt incluſus. n. 21.

Geſta ad ſuos Authores reſtringuntur. n. 22.

Sententia lata contra vnum non præiudicat alijs ius habentibus pro portionibus ex eadem cauſa. n. 23.

Et multò fortiùs ſi illi non habeant ius ex eadem cauſa. n. 24.

Res iudicata vt obſtet, debet adeſſe identitas, cauſæ, rei, & perſonæ. n. 25.

Sententia lata ſpecialiter contra vnum ex ſocijs non præiudicat. n. 26.

Sententia

Sententia lata contra vnum alteri non præiudicat quando vterque prætendit ius æquè principale. n. 27.

Sententia ſuper nobilitate lata contra fratrem non nocet alteri fratri litiganti ſuper nobilitate, nec econtra. n. 28. & ſeqq.

Sententia quando facit ius quoad alios, non nocet habenti æquè ius principale. num. 29.

Frater declaratus plebeius non nocet alteri fratri, etiam ſuper nobilitate litiganti. n. 30.

Sententia lata contra præſentem valet, contra abſentes autem nec legitimè citatos nulla eſt. num. 31.

Sententia non nocet tertio poſſeſſori rei, ad cuius reſtitutionem alius eſt condemnatus, & de poſſeſſione docens, impedit executionem. n. 32.

Quod procedit ſiue ius executiuum proueniat ab actione reali & hypothecaria, ſiue ab actione perſonali. n. 33.

Tertius non citatus ratione ſuæ poſſeſſionis etiam trium conformium impedit executionem. numer. 34.

Tertius ſolius poſſeſſionis ratione impedit executionem ſententiæ alteri adiudicatæ. n. 35.

Secus ſi non poſſideat, quia tunc nec impedit executionem, nec dicitur legitimus oppoſitor. n. 36. & tertio ſufficit poſſeſſionem dumtaxat probare ad impediendam executionem ſententiæ. ibidem.

Obligatio guarentigia rem tradere mittitur executioni, & ſtatim mittitur in poſſeſſionem donatarius obligato poſſidente etiam non citato. num. 37. & de effectibus clauſulæ iuſtificatiuæ in poſſeſſionis traditione appoſitæ. ibidem remiſſiuè.

A tertio poſſidente non nominato in inſtrumento, poſſeſſio non auocatur abſque cauſæ cognitione. n. 38.

Tertium poſſeſſorem à iudice ſpoliatum poteſt ſuperior ſummatim de poſſeſſione cognoſcens etiam non citato aduerſario reſtituere. n. 39.

Facta de facto, de facto reſcindi ius eſt. n. 40.

Tertius non citatus poteſt impedire ſententiam de immittendo hæredem in poſſeſſionem, ex l. fi. de edicto diui Adri. & eius executionem impedire. n. 41.

Executio locum non habet aduerſus non nominatum in ſententia, licèt lis cum eo ſit acta. num. 42.

In ſententia non nominatus intelligitur omiſſus, & ideo non condemnatus. n. 43.

Sententia contra non nominatum nec actiuè nec paſſiuè locum habet. n. 44.

Non nominatus in ſententia poteſt ab eius executione appellare, licèt expreſſè nominati non poſſint. n. 45.

Prohibitio appellationis in commiſſione non ſe extendit ad tertios non nominatos in ea. n. 46.

Sententia eſt ſtricti iuris & tantum diſponit quantum loquitur. num. 47.

Sententia vltrà non extenditur quàm importet verborum ſonus. n. 48.

Nec ex ea plus probatur quàm ex ea neceſſariò infertur. n. 49.

Nec aliud continere dicitur quàm quod ex ea neceſſariò infertur. num. 50.

Condemnatio requirit ſcripturam per ſententiam, & in ea non expreſſa non veniunt. n. 51.

Lite mota contra plures pro portione ſententia lata contra vnum non nocet alijs non nominatis qui intelliguntur omiſſi. n. 52.

Sententia lata ſuper vna re ex pluribus petitis cæterarum non infertur abſolutio nec condemnatio, ſed omiſſio. n. 53.

Omiſſum intelligitur quidquid in condemnatione non ſit expreſſum. n. 54.

Exceptio iudicio oppoſita, de qua eſt actum, non tamen eius fit mentio in ſententia, quando cenſeatur omiſſa. n. 55.

Quatuor proponuntur concluſiones ad quas tertij oppoſitoris iura reducuntur, quibus cognoſcitur quando poſſit impedire executionem vel non. n. 56. & ſeqq.

Tertius impedit executionem pro quantitate factam in alia re quàm debitor eſt condemnatus, quando docet de ſuo intereſſe ex poſſeſſione. num. 60.

Poſſeſſio à tertio non eſt auocanda niſi ſuper dicta poſſeſſione ſit legitimè conuictus. n. 61.

Etiam ſi iſte tertius de nuda poſſeſſione opponat, etiam non allegans iuſtam eſſe, quia præſumitur. n. 62.

Tertius impugnans executionem rei qua pro quantitate debita fit executio, opponens de ſolo dominio incontinenti probando, admittendus eſt. n. 63.

Tertio opponenti de ſuo dominio rei ſuper qua fit executio pro quantitate, an incumbat onus probandi, & quid quando de poſſeſſione tantùm, vel de dominio & poſſeſſione ſimul. num. 64.

Executioni pro quantitate factæ in re qua tertius dicit potius ius habere, puta, anterius ius pignoris, an ſit admittendus ad illam impediendam. n. 65.

Creditor qui obtinuit ſententiam pro ſuo debito, euitabit ſuſpenſionem ſuæ executionis, ſi offerat cautionem in forma depoſiti aliis creditoribus executioni oppoſitis anterioritatem prætendentibus. n. 66.

Condemnato ad rei reſtitutionem quam poſſidet, danda eſt cautio, ſi tertius de dominio opponat, qua præſtita non ſuſpenditur executio. num. 67.

Cautio tunc tertio oppoſitori de dominio rei præſtanda eſt, ſi ante rem iudicatam lis pendebat ſuper ea contra condemnatum, ſecus ſi poſt rem iudicatam. n. 68.

L. is